fortuito sed ex deliberatione percusserit clericum  
grauiter. absolutio est a papa impetranda extra  
de sen. ex. Si vero. *mm*

¶ Sequitur interrogatio confessoris. ¶

12.

**P**ostquam Confitens dixit ex se ea que vo-  
luit de peccatis. Si non dixit sufficienter  
quod quasi ut frequenter accidit. In-  
terroga de hijs que plene non dixit. pro ut vi-  
debitur expedire. Si autem modicum vel minus  
dixit. potes interrogare secundum ordinem. hic



positum inferius. scz pmo de pceptis. postea de vi  
cijs capitalibus. non tñ omēs de omnibus. sed de  
hjs solum que in talibus repiri solent. Et non  
solum de istis pccis interrogandū est. sed etiā de  
circumstancijs eoz que supra posui. in hoc versu  
**Quis quid v. ac.** Non tñ etiā est necē de quolibet  
peccato mōli omēs circūstantias querē. sed solū  
illas que trahūt peccatū in aliā specē. que scilicet  
habēt specialem deformitatē oppositā alicui pce  
ptorum. De numero tñ pccōrum non obmittas  
interrogare. scz quotiens hoc vel illud peccatum  
mortale commisit. *mm*

13.

**Interrogacō pma erit de decē pceptis. Et pmo  
cir pimum pceptū. scz non habeas deos alienos**

**P**rimo interroga si falsam de fide opinio  
nē inuenit. aut ab aliquo inuētā secu  
tus ē. Si male sensit de septem sacē  
mentis ecclesie. vel circa scripture veritatem.  
Item si credit qd nō sit infernus. vel qd non sit  
alia vita post istam. vel aiā nō esse iudicandā  
cum corpe. Si non credit qd deus creauit omia  
tam visibilia q̄ inuisibilia. Si non credit qd  
i cristo fuerūt due nature diuina scz a humana  
Si non credit qd pro nobis passus est per cru  
cis mortem a qd resurrexit. Si non credit resur  
rectionem mortuorum a vltimū iudicium. Si  
non credit qd ecclie pastores sint veri pastores.

¶ Si cōicauit cum hēticis: quia tūc esset exēcatus

¶ Si scienter ecclīasticam sepulturā hēticis tradi-  
dit: quia tunc etiā exēcatus eēt. nec absolui pos-  
set. nisi prius manib⁹ p̄prijs publice dictū corp⁹  
et corpa hereticorū extumulet et dānatis proiciat  
Locus etiā ille perpetuo carebit cristiana sepul-  
tura.

¶ Si inuocauit demones. vel inuōri fecit p̄  
maleficia ad faciendum mala. aut fieri faciēdo  
quod est peccatū magnū. et dignū corpali morte

¶ Si adorauit aliquam creaturam. faciēdo reue-  
rentiam. vel orationem ad eā. ut ad lunā nouā et  
solem. vel stellam. aut ad sonū cāpanez qd̄ peccm  
mortale est

¶ Si ex stellacōibus vel planetis s̄b  
quibus natus ē aliquis iudicauit determinate de  
vita et conuersacōne ipsius.

¶ Idem Si credidit  
ex phisonomia aut ex fato. vel cōstellacione aut  
complexione. hominem cogi ad bonū vel ad malū  
quod etiā heresis est.

¶ Sequitur de preno-  
sticacōne. Primo quo ad aues.

¶ Si estimauit aliquod malum futurum prop̄  
garritum auium. puta quia cantauit gallus de  
sero. vel quia cantauit gallina. vel coruus. vel  
noctua. vel quecumq; alia auis. aut etiā cucu-  
lus et huiusmodi: que omnia facta sunt et vana

¶ Si habuit malam op̄mionem ¶ Quo ad ignē  
de igne sibilante: credens esse signum. q̄ morie-  
tur aliquis. vel simle. quod fatuum et vanū est

**S**i negauit dare ignem ex domū in calendis  
mensium: timens a credens propter hoc malū eue  
turum in domo. **S**i truncū ignis factum in nati  
uitate dñi seruauit a posuit in vinea cōtra gran  
dines. vel cum illo signauit angulos a hostia do  
mus a huiusmōi. **¶ Quo ad aquam.**

**S**i fecit. vel fieri fecit. vel fieri procurauit. aut  
docuit aliquam incantacōez cū sacramentis vel  
sacramentalibz ecclie ut oleo scō. vel aqua bap  
tismi a huiusmōi ob sanitatē vel aliā causā: qđ  
grauissimum est pccm. **¶ Si incantauit cū aqua  
trium eccliarū vel triū fontū. ¶ Si pro re aliq̄ re  
sperit ampullam plenā aqua. vel vas vini quod  
dicitur scti Johis. ¶ Si ex effusione olei vel vini cre  
dit aliquem euentū euenire. ¶ Si prenosticauit  
ex timore aquarū currentū. qđ fatuū et vanū  
est. ¶ Si incantauit cū speculo vel peluī pleā aq̄  
¶ Si aliquid fecit cū sanguīne menstruator: qđ  
est mōrle. ¶ Si lauit filios cum aqua benedicta  
quod similis mōrle est. ¶ Si incantauit grandinē  
quod etiam mortale est. **¶ Quo ad terram.****

**S**i fecit vel fieri fecit aliquam dīmacōnem ad in  
ueniendum aliq̄ furta. vel ad sciendum aliqđ oc  
cultum vel futurū qđ sibi vel alteri cōtingē debeat  
quod mortale est. **¶ Si usus est sortibz dīmato  
rijs ut psalmo vel libro cum filis a huiusmōi pro se  
vel pro alio. seu etiā quoquomō: qđ mortale est**

quod tamen si ex leuitate fecit. veniale est. ¶ Si  
dixit pater noster. ad fenestram auribus obturatis ut post  
modum per prima verba que audierit ab extra interpre-  
tetur id quod scire desiderat. quod mortale est. ¶ Si  
didicit artem notoriam. vel usus est ea ad sciendum  
aliqua. Vel Si usus est arte nigromantica. quod  
mortale est. et si homini artis libros huius inducendum  
est quod illos comburat quod si facere renuerit non esset  
absoluendus. ¶ Si fecit sibi manus inspicere. aut  
alterius insperit. prenoscendo de fortuna. ¶ Si  
credidit quod aliquis haberet malos oculos super pu-  
eros. vel ad aliquod malum obuiamentum. ¶ Si  
in ortu liberorum respexit libros fatidicos. Si cre-  
didit aliquid sibi euenire debere vel significari  
ex fibulatione aurium. vel propter tremorem oculi vel  
propter sternutationem in exiitio domum. ¶ Si canta-  
uit cum cypho ligneo. vel cantare fecit pueros et  
puellas. ut audiret quid pronuntiarent. ¶ Si fron-  
des oliue benedixit vel granum frumenti acceptum de  
presepio posuit super ignem ad pronosticandum de vita  
vel de morte alicuius. ¶ Si obseruauit sompnia  
faciens aliquas orationes ad sanctam annam vel ad sanctam he-  
lenam vel ad tres reges. vel alium quemcumque sanctum a sanctos  
volens propter hoc ex hiis que somniat de futuris vel  
occultis diuinae. quod mortale est. Alias autem sine  
tali oratione vel obseruatione adiuncta. nimis si-  
dem sompniis adhibere. et si non mortale est peccatum

piculosum tñ est hmōi insistere. qz sic dyabolus  
multos decipit. ¶ Si estimauit mulieres conuer  
sas i cattos vel fimeas vel alia animalia ⁊ de no  
cte ambulare ac fugere sanguinem puerorū. Et  
exire et intrare domum ostijs clausis et volare  
p longa terrarum spatia. ⁊ hmōi que impossibi  
lia sunt talibus. ⁊ iō falsa. ¶ Si ānorauit vel āno  
tare fecit aliquā bestiam pditam. ¶ Si observa  
uit vnam diem plus q̄ aliā. nō incipiēdo aliqd  
opus. vel non lauando caput. vel si observa  
uit dies egiptacos. vel diem in quo occurrit festū  
decollacōnis bti johānis baptiste. vel diem vene  
ris in non incidendo pānos. qd veniale videtur  
precipue qñdo ex simplicitate hoc credit. qz non  
audiuit cōtium. ¶ Si si animo obstinato hoc defen  
dere vellet. mōrle esset. ¶ Si in calendis mensū  
noluit aliquid dare aut cōcedē ex domū. putās  
qz ex hoc fieret diminutio rerum. ¶ Si in calen  
dis Januarij comedit in lecto ficus cum melle  
vel fecit sibi portare piscem viuum. ¶ Si eo die  
dedit pueris pecuniam. vel si ipse ab aliquo rece  
pit. qd dicitur vulgarit lamātia vl offerta vel la  
strina. ¶ Si eo die misit vel portauit in domo  
tpalia aliqua. quia esset p̄ma dies anni. ⁊ hoc ut  
sic toto anno inirent multa bona. ⁊ sic noluit in  
trare sine aliqua re temporali. ¶ Si eo die fuerit  
suspectus de primo quē viderit. ¶ Si in calendis

marcū signauit ostia domus vel aliā rem posuit  
in fenestra vel ante domū. ¶ Si signauit et posuit  
ouum natum in die natalis dñi. vel in die venis  
santo. vel in die ascensionis: credēs q̄ comedens  
illud. non possit occidi. ille et simile. ¶ Si in die s̄cti  
Johānis baptiste collegit herbas. q̄si illo die es  
sent maioris virtutis collecte q̄ altero. ut cum il  
lis faceret fumigacōnem cōn infirmitatem. ¶ Si  
in profesto dicti festi trāsiuit sup ignē factum de  
herbis cum incenso. qui dicitur ignis sancti Jo. ¶ Si  
in nocte talis festi fecit vinum quod dicitur vinū  
sancti Johis. ad p̄noscendū de furtis. vel alijs  
secretis. ¶ Si mulier dedit suo viro vel etiā alci  
aut vir mulieri aliquid ad comedendum. ut eā  
amaret. vel eū: quod est mortale. ¶ Si fecit vel fieri  
fecit aliquam incantacōem obsanitatē osequē  
dam. Et quando hoc fit scīenter. quia scitur esse  
prohibitum. tunc est communiter mortale. Cum  
vero fit ex simplicitate. putando esse bonas ora  
tiones: videtur veniale. Sed si nollent i futurum  
abstinere ab huiusmodi: neganda est eis abso  
lucio. quia ex obstinacōne et maliciā fit morta  
le. Et interrogandum est de verbis quibus vtun  
tur. et de cerimonijs et obseruancijs. quas ad  
dunt. ¶ Si exercuit artem geomantie: quod  
est mortale. ¶ Si contra vermes et febres scripsit  
in fructu amigdali et in hostia et alibi. ¶ Si icātauit

vel in cantari fecit con dolore dentium capitis. ylio  
rum. aut sup aliorum. vel oculoꝝ. cu faba. a p̄ no  
ster. a huiusmōi. ¶ Si portauit pueros infirmos  
ad sambucum. vel ad rubū. vel aliū simīle locum  
causa sanitatis recuperande. ¶ Si fecit vel fieri fecit  
aut vsus ē lris vel breuibus. que sūt communiter  
supersticiose ex verbis. vel caracteribus. vel carta  
in qua fuerit. vel ex modo imponendi a portandi  
vel tpe aut loco scribendi. Et inuenta supsticōne  
eorum: imponendū est ut cōburantur. a si nollet  
non esset absoluendus. q̄ sic fieret mōrle. ¶ Si  
sup se portauit cartam scriptā. que d̄: sc̄i Cip̄ani  
vel cartam nō natā vel virgineā. vel aliq̄d aliud  
simile. ob spem sanitatis vel alteriꝝ cuiuscunqꝝ  
supsticōse. quod non esset natūalē ex arte medi  
cine vel alterius approbatum. ¶ Et generalit̄ si  
quamcunqꝝ aliam incātacōnem. diuracōem. vel  
maleficium. aut q̄d cunqꝝ supsticōsum ex̄cuit. aut  
eis fidem adhibuit: q̄ oīa sunt vana a fatua ac p̄  
hibita. ¶ In quibz oibz non suat p̄mū p̄ceptum  
De secundo precepto sc̄i. Non assumes nomen  
dei tui inuano. Et primo de blasphemia. m. 12.

**S**i vi; Blasphemaui in deum vel aliquē  
sādoꝝ. dicēdo sibi maledictōez vel alia  
opprobriosa verba: q̄d semp est mōrle  
¶ Si Blasphemaui in deum dicēdo eū non esse  
iustum. a non omīa iuste disponē. sed acceptare

personas. vel non curare de actib⁹ hoīm aut eos  
non videre. vel eē p̄ciālē. vel sine demerito puniē  
et flagellare eū. vel aliquem. vel posset meli⁹ ist⁹  
vel illud fecisse vel similiter arguē deum de āquo  
quod totum est mōle. maxime cum aduerſit et  
intelligit quod loquitur. ¶ Si murmurauit cōn  
deum. ut puta de frigore. calore. pluuiā. vento. aut  
niue. ¶ Si murmurauit cōn deum. de infirmīta  
te. paupertate. aut filiorū morte. aut quia non ge  
nerat filios. ¶ Si murmurauit cōn deum de pro  
ſperitate malorum. aut de aduerſitate bonorum  
¶ Si iurauit in aliqua curia ali. ¶ De periurio  
cuius iudicis mendacōse. quod mortale est quō  
cumq; etiā; pueniat ⁊ similiter peccat qui āquē  
inducit ad hoc aduertenter ut aduōtus. pcura  
tor. et similes. ¶ Si iurauit extē iudiciū in comui  
sermone. quacumq; ex causa vel vtilitate vel le  
uitate vel iocositate vel qualicumq; mō nō solū  
per sancta dei euangelia vel p corp⁹ xp̄i. sed etiā  
p fidem. per deū aut dicendo. sic me deus adiuet  
vel etiā per virgīnez mariā. per crucē. p aiām  
meam aut hmōi. quod semp est mortale. quā  
do aduerſit se iurare et falsum dicere et hoc to  
ciens quociens. ¶ Si iurauit aliquod certum  
affirmando. de quo tamen dubitat an sit verū  
mortaliter peccauit. et præcipue si hoc fecit in iu  
dicio. ¶ Si iurauit facere aliqđ malum. puta



aliquā vindictam aut talionē reddē. non dimit-  
tere concubinam. seruare iniusta statuta. tenere  
secretam cōiuracōem iniustā: quod semp mōrle  
est. ¶ Si manifestauit aut prodidit aliqđ secre-  
tum in consilio aliquo tractatū. quod iurauit nō  
manifestare. q̄uis etiā nulli noceat: tñ mōrle  
est. et ipse aut etiā ille qui aliquē ad simile mani-  
festandum cōpellit mortaliter peccat. ¶ Si iurauit  
obseruare statuta alicuius ciuitatis aut vniuer-  
sitaris. que tamē iusta et rōabilia sunt et aliqua  
ex eis scienter trāsgreditur: qđ etiā mortale est  
Si tamē aliqđ statutū iā ess; abrogatū p cōnriaz  
et consuetudinē. quia vi; quotidie seruaret cōnriū  
Si ex hoc hmōi statutū trāsgredētur nō videre-  
tur piurus esse. qz hmōi statutum non videretur  
amplius habere vim statuti di. iiii. §. leges. ¶ Si  
iurauit p aliqđ mēbrū dei vel sanctorū mō riba-  
torum: qđ mōrle est. etiā si res vera esset quā af-  
firmare intenderet. Et hoc ppter blasphemiam q̄  
ex hoc cōsideratur ut. xxij. q. i. Si quis p capillos  
Si vero res iurata aut falsa aut illicita est: dupli-  
citer mōrliter peccauit scilic; p blasphemiam et p  
piurium. ¶ Si iurauit facere aliqđ licitū i honoē  
dei aut sanctorū eius et illud facē neglexit quod  
mortale est. ¶ Si etiā iurauit aliquod facturū  
sed tamen nō intendebat illud adimplē. similiē  
mōrle est. Si vero etiā intendebat seruare. sed

veniente termino quo implere promiseat seu iura  
uerat: non seruat promissum. cum tñ posset. licz  
cū incommoditate sua. adhuc mortaliter peccauit  
nisi tamē pri⁹ epus vel papa relaxaret a omuta  
ret sibi huiusmōi pmissum. Si tñ pmissio facta ē  
hominiz pōt ille sibi hmōi relaxare. S; si non pōt  
adimplere: excusat a pccō. si tñ q̄ cito poterit ad  
impleuerit. ¶ Si quis pmittit cū iuramento se ali  
quid facturū. qd nō ē alicui⁹ importatīe boni vel  
mali. ut viz si mater pmittit cū iuramento pcutē  
filium vel simile. vel hō pmittit mediante iuramē  
to non bibere vel comedē illud vel hoc. l. hmōi qd  
videt veniale nisi fiēt in cōtemptū. qz iuracō a pe  
iuratio est in hoc. ¶ Si iurare cōsueuit. etiam pro  
quibuscunq; mīmis. dicendo tñ veritatem: quod  
veniale est. nisi fierz in contemptū. Et inducendi  
sunt tales ut abstīneāt propter piculum pūrii  
¶ Si induxit aliquem ad iurādum quē oīno cre  
debat falsum iuraturz: qd mōrle ē. n̄ talis iducēs  
foret Iudex. hoc faciens ex officio. s̄m ordinem ia  
ris. ¶ Si vir iuramentum sue vxoīs irritauit qd  
non debet. nisi sit tale qd vxoī non possz adimplē  
sine scandalo viri. ¶ De adiuracōne. ~~xxxx~~  
**A**diuratio est inducō alicuius ad faciendum  
aliquid ob inuocacōnem alicuius rei sacre. a fit  
per modum coactionis. intendendo aliquem ob  
ligari per modum iuramentū ad aliqd faciendū

Que fit ad superiores et alios in quibus adiurans non habet potestatem: peccatum mortale est. Si vero fit ad inferiores et sibi subditos. quibus adiurans preceptum habet eo casu licita est et alias non. Et tunc adiuratus tenetur facere vel dicere illud propter quod adiuratus est alias mortaliter peccaret. quemadmodum transgressor precepti. Si adiuravit patres vel superiores vel socios aut inferiores pro modum deprecacionis. non coactionis. intendens inducere ad aliquod faciendum: non est malum vel veniale. Si leuiter et sine causa adiuravit. et adiuratus non fecerit non peccat hoc. Thomas. Si adiuravit demones pro modum precepti ad aliquid sciendum ab eis. vel ad aliquid auxilii obtinendum ab eis: mortale est nisi quis faceret hoc ex familiari consilio spiritus sancti. Vel ex quadam simplicitate querens ab obsessis a dyabolo. licet tamen illum adiurare pro modum coactionis. ne noceat. Si adiuravit creaturas irrationales ne dyabolo eis utatur in nostri nocumentum: tunc licitum est. Si autem ut dyabolus in eis operetur: tunc mortale est ut per incantaciones serpentum. Si in cantileis seu fabulis mundanis et in narracionibus turpibus vel amatorijs miscuit deum aut sanctos: quod mortale est si fecerit in contemptum. alias vero veniale.

**S**ed transgressus est seu obmisit. De votis adimplere votum illicitum deliberate factum. et si aduertit scienter: semper est mortale et toties quotiens

frangit. Secus si ex obliuione. vel q̄ non poterat  
ex aliquo accidenti superuemente. ¶ Si uouit ali  
quod malum se facturum. utputa uindictā de ali  
quo. vel alicuius profectus impedimētū. utputa  
non ingredi religionem vel simile. mōlter pec  
cauit. et p̄t illud votū frangere absq; aliq̄ dispē  
sacōne. ¶ Si nimis tardauit implere votum licitū  
sic q̄ ex huiusmōi mora a memoria excidit oīno  
vel q̄ ipse uouens iam uenit ad statū non ualēdi  
amplius implere. quod prius potuisset. quod ui  
detur mortale. ¶ Idem quando dimisit p̄pōitū im  
plendi. cum tū potuisset. alias mora implēdi votū  
q̄n sibi non p̄fixit t̄p̄s. non uidet mortale. nisi  
forte esset ualde nimia. et nisi cū ex hoc immineret  
ei periculum non ualēdi implere. ut de voto in  
grediēdi religionem. cū tū non haberet causam  
cogentem dilacōnem. ¶ Si fecit votū de re licita  
ut de elemosina. de ieiunijs et h̄mōi. sed ob malū  
finem. puta ut posset facere uindictam. adulte  
rium. vel simile. mortale ē. nec tenetur adimplere.  
¶ Si fecit votum abstinentie et huiusmōi et dubi  
tabat utrum posset implere. vel non. et sine con  
mutatione vel dispensatione superioris. cum pos  
sit defacili habere recursum ad eum. vel confes  
sorem pro cōsilio desuper sumendo. frangit vo  
tum. quod uidetur mortale. Nota tamen q̄ uiri  
possunt irritate vota. abstinentie peregrinacōis et  
*uenerunt*

eleosine vxoru. si non heat n̄ dotē absq; aliq; alia  
dispensatione. Et si fiat talis irritacō voti etiam  
absq; causa racōabili a viroz non tenet vxor iplē  
talia vota. ¶ De irritacōe votoꝝ imputerum et  
filioꝝ familias ⁊ religiosoz vide in sūma in  
scd̄a parte ti. vlti. ¶ Si votum fecit stultū et irrō  
nabile ut ieiunare in dñica non lauare vel pecti  
nare caput in sabbato ⁊ huiusmodi si hoc frege  
rit nō peccat. ymo p̄bitēdū est illis huiusmōi vo  
ta implere. q̄ sicut Tho. ⁊ alij dicunt. sunt pot̄  
deridenda q̄ obseruanda. etiā si p̄ honore s̄cto  
rum fierent. ¶ Si filius morientū patri p̄misit ali  
quod votum. implere tenetur. ut ex de vo. licet  
¶ Si fuit sibi aliqđ votū inuēdū a patre puta  
satisfactio pecunie vel simile. tenetur implere ex  
de vsu. tua ⁊ de sol. c. 1. ¶ Si fuit heres alicuius vo  
uentis subuenire terre sancte. tenetur votū illi  
implere. Et s̄m Inno. cōpelli p̄t. ¶ Si filius per  
uentus ad annos pub̄tatis vouit aliqđ votū qđ  
p̄tinet ad suam p̄sonā. ⁊ hoc si fuerit licitū. tene  
tur s̄m Tho. in scd̄a sede q. 88. ¶ Seru⁹ autem  
non potest vouē votū pegrinacōis aut eligionis  
absq; dñi cōsensu. quia in p̄tate sua est ut dicit  
Tho. e. loco quo supra. ¶ Si religiosus vouit ali  
quod votū absq; p̄lati sui licentiā. illud nō debz  
erequi absq; eiusdem licētia. Secus est tamē de  
voto oracōnis vel simili qđ p̄t erequi absq; sua

licentia. ¶ Si sacerdos uouit uotum peregrinatio-  
nis. sine licentia sui prelati. non debet adimplere  
absq; licentia eiusdem. ¶ Si habens uotum castita-  
tis. uel religionis. contraxit. q; q; uis m̄imomiu te-  
neat. tamen strahendo m̄oliter peccat. et consumma-  
tio nō p̄t m̄imomiu sine m̄oli pccō. q; adhuc añ cō-  
sumacōnem m̄imomii. añ copulā carnalē. q; me-  
diante m̄imomium cōsumatur. p̄t adhuc et debet  
implere uotum suū prius factū. Post cōsumacō-  
nem. tenetur reddere debitum. etiā interpretatiōe  
petenti. s; erigere non p̄t absq; mortali peccato  
Vnde cōsulendū tali esset q; peteret dispensacō-  
nem a papa super uoto suo. Scdm tamen Guil. posset  
etiā episcopus dispensare in hoc casu. ¶ Si mulier si-  
ne consensu uiri sui. uel econtra uouit. et si ip̄e uir  
uel mulier consentit. implere tenetur. ¶ Si alter  
coniugū sine consensu alterius uouit uotum de nō  
reddendo debitum. implere non tenetur. Nō tñ q;  
alter coniugū p̄t sine cōsensu alterius uouē de nō  
petendo debitum s; quosdā. ¶ Si unanimit̄ cor-  
des ab̄o uouerit castitatē q; tunc non p̄t alter re-  
uocare uotum sine pccō mortali. Et si uir reuocat  
uotū debet iustanter pseuerare. et econtra. ¶ Si uir  
uouit absq; uxoris licentia uotū peregrinacōis nō  
tenet adimplere. q; non p̄t. Si uir uouit uotū ihe-  
rosolomitā. tenetur implere illud etiā inuita  
uxore. que tamen ut consentiat amonēda est. et

si non vult remanere: potest virū sequi ¶ Si vir  
vult votum abstinentie. cōdicēte vxore: potest  
illud implere etiā ea inuita. Secus si p dictā ab  
stinentiam impediret ēddicō debiti. ¶ Si vir añ  
carnalem copulā ad heremū trāsiuit: rediē tene  
tur ad vxorem nisi intrasset aliquā religioez ap  
probatam ¶ Et nota q de tñsgressione votorum  
potest de iure cōi a cōsuetudine simplex confesso:  
absoluere. quia non est de reseruatis casibus. S;  
de dispensacōne a commutacōne votoꝝ non pōt  
se intromittere sine spēali commissiōe dioceſamī  
vel alterius qui possit dare epī autēi oibus pñt  
dare cōmissiōem a commutare vel dispensāē ñ  
in voto castitatis. a religionis a trib⁹ votis pere  
grinacōis scz Ierosolomitā. ad sanctū Jacobū  
a ad limina Aplōrum Pe. et Pau. in quibus ip̄a  
solus vel sumus pñarius dispensat vel cōmutat.  
¶ De tercio precepto scz Memento ut diem sab  
bati sanctifices. *¶* .17.

**Q**uo primo interrogādū. Si cōgitaui  
tria beneficia. scz creacōis hois a totius  
mundi ppter hoiem. Redēpcōis huāne  
a glorificacōis: ut per talē meōiā caueat a viti  
tis a sanctificz diē in exēcijs spūalibus ¶ Si die  
bus festiuis se composuit a ornauit p̄ciosis vesti  
bus a alijs ornamentis ad pompā a vanā gloriā  
sue ad placendum alioꝝ aspectibz ut desideretur

**¶** Si diebus festiuis accessit. vel ad eccliam vel ad  
alia spectacula. compta et ornata ad capiendas  
animas. ut inuicē se oculis cōcupiscant. sicut fre  
quenter mulieres faciunt. qđ est mōrle. **¶** Si vero  
in ecclis vel alijs locis sacris hmōi fiant. duplex  
causatur sacrilegium. scilicet a tps sc̄i. vltra p̄ci  
pale p̄c̄m. **¶** Si h̄is diebus coriavit. vane can  
tauit manus vel alia mēbra cum alio libidino se  
tangēdo. et vana inhonesta. et ad malum incitā  
tia verba loquēdo. ut videlicet p̄uocet cōcupiscē  
tia in corde. vñ quādoq; etiam opus sequitur qđ  
totū est mōrle. **¶** Si h̄is diebz luxurie vacauit qđ  
si extra m̄imomium fuit duplex p̄c̄m cōmisit. In  
talibus enim diebz etiā m̄imomialit̄ cōiuncti ab  
illo opere se abstinere decz. **¶** Si stans in mortali  
die dominico non contritus fuit de illo. aliud in  
currit mortale. **¶** Si sonatorum musicorum instrumē  
torum h̄is diebus causa fuit vanitatis. sonādo  
videlicet corā vanis p̄sonis. ut sic fierēt vanioēs  
quia mortaliter peccauit. et grauius. qđ causa fuit  
peccati mortalis aliorum. **¶** Si mulier ornata  
in fenestra se posuit ut a transeuntibus inspiciēt  
mortaliter peccauit. et grauius h̄is diebus qđ  
alijs. **¶** Si oculos suos vanis aspectibus  
impleuit. et si hac de causa hinc inde circuiuit  
quia mortale est. **¶** Si ebrietatibz et omessacōibz  
vacauit. vel in tabernis et ludis. blasphemijs



se occupavit. vel aliorū ut talia et similia facerēt  
causa fuit: quod mortale est. ¶ Si tardavit vsq;  
ad sero ante festum. vel vsq; ad mane festi ad se  
radē faciendum. ut magis polite cōpareat aspe  
ctib; mulierum. ¶ Si hñs dieb; otiose vixit va  
gando viz per plateas ⁊ vicos. siue ludendo aut  
murmuracōibus vacando ⁊ otiosis verbis. et  
hmōi. ¶ Si hñs dieb; laboravit ⁊ exēvit aliqd  
opus manuale extē causas nccitatis: q; mōlitter  
peccavit. maxime si aliquo notabili spatio hmōi  
laboribus instēit. si vero momētanee. vel p aliq  
tpis puncta id fieret: nō intm peccaret. Si autē  
fiat ex nccitate. quia scz aliter nō posset habē vi  
ctum ⁊ nccāria pro sustentacōe vite sue. ⁊ alioꝝ  
suozum. vel si timentur hostes. vel veniūt inunda  
tiones aquarum. aut alia similia pericula: tunc  
lic; remouere suppellectilia. ⁊ cetera boā ne pdā  
tur. sine pccō. ¶ Et nota q; debent festa seruari ⁊  
festiuaria vespa vsq; ad vesperā di. iij. pnunciā  
dum. Dic etiam requirēt magna discretio in cō  
sulendo. si in dictis dieb; fecit aliquod mercatū  
quia gnaliter loquēdo nullomō licet hñs dieb;  
mercatum facē. q;uis specialiter aliquē psonē ex  
cusentur. ppter aliq nccitatem magnā. ¶ Si ven  
didit vel emit hñs diebus aliquap̄ter ea tantū  
que sūt omestibilia q; etiā si vendentur vel emerē  
tur ante diem festū illū. ppter corrupcōnem quā

incurrerent seruari non possent. ut sunt carnes  
cocte. dapes ⁊ olera. lac ⁊ fructus aliq̄ tē h̄mōi  
quā mortaliter peccauit. **I**n estate tū q̄nq; pro  
pter pluā festa otigua carnes crude ⁊ similia ad  
esum necessaria vendi ⁊ emi possunt absq; pecca  
to. **S**i h̄mōi aliquod mādauit filijs suis discipa  
lis. seruis. vel laborantibus facē sine necessitate  
peccauit mortaliter ipse mandans similiter ⁊ exe  
quens. **S**i tamen mandans vel magē vel patro  
nus nō habet necessitatem. s; ipse seruus discipu  
lus vel laborās habet necessitatem. q̄ aliter viue  
re non posset. ⁊ sic non obedit mandāti sibi. ne hu  
iusmodi opus faciat h̄ijs diebus. sed laborat p  
aliquo tempore i exercitio artis illius ⁊ aliud exē  
cītium facere nescit. videtur excusari. **N**am si i ob  
sequium pauperum personarum eccliarum paup  
cularum. aliquid laborat licet diebus festiuis s̄m  
q̄ doctores dicunt. quare non magis talis racōe  
sue sustentacōnis in necessitate aliquid laborare  
posset. **T**uciq; tamen esset aliā artē eligere qua se  
melius questuare posset. **S**i in h̄ijs diebus pro  
se vel pro alio placitauit. nisi forte in causa mise  
rabiliū personarum. **S**i in didis diebus iura  
mētum prestāuit. vel exegit. n̄ pro pace vel fide vel  
obedientia vel fama: quia alias non liceret. **S**i  
talibus diebus aliquem ad mortem. vel ad penā  
iudicauit. quod non licet. **S**i macellarius

in die festo carnes crudas vendidit: quia nec  
vendere nec emere licet. nisi quoniam in estate plura fe-  
sta continua occurrunt. tunc enim licet. si alias obser-  
uari non possent ut superius. Licet etiam macellarios vel  
alios carnes in die festo coquere et preparare. ut  
illas tunc vendat. si prius non poterat preparare  
aut preparatas seruare. ¶ Si tabernarius huius  
diebus tabernam ante horam terciarum aperit vel si  
ibi tenuit huius diebus instrumenta ludendi. vel  
inde non repulit ebrios. lusores. blasphemos. et  
hominum. ¶ Si mercator huius diebus suas mercium  
culas vendidit prope ecclesiam. ubi festum occurrit  
vel forte quod peius est in ecclesia. profanando locum  
sacrum. ¶ Si huius diebus attulit vel afferri fecit  
aut mandauit cum bestibus vel aliis psalmas bla-  
torum. vel aliarum rerum: quia tam precipiens quam ex-  
equens est in culpa mortali. nisi in magis necessitate  
hoc fieret. ¶ Si huius diebus compulsus ab officiali  
vel domino laborauit: quia tam precipiens quam ex-  
equens mortaliter peccat. nisi ex necessitate guerre et huiusmodi  
hoc fieret. quia tunc ambo excusantur. Si vero sine  
iusta necessitate in precipiente. et non sine iusto metu  
inobediens: tunc obediens excusatur sed non precipiens.  
Si redigal portauit huius diebus merces aut  
personas. aut alimenta ad loca longa vel remota  
quia quiescere debet in festo. nisi ex magis necessitate  
cogatur. ¶ Si viator vel cursor talibus diebus

intrauit. quia non debet nisi propter magnam  
necessitatem. ¶ Si aromatarius seu apotecarius  
hij diebus tenuit apotecam apertam vel vendidit  
aliquid de apoteca. nisi urgente necessitate infir-  
morum quibus aliter subueniri non potest. sed  
propter hoc non debet apertas apothecas tenere  
¶ Si barbitonsor de nocte festi. vel de die. artem  
suam exercuit. et sic causam prestitit lasciuie ali-  
cuius qui ut politior appareat. radi vult in mane  
festi quandoq. quod mortale videtur. ¶ Si ferra-  
tores animalium talibus diebus laborauerunt  
quia non licet nisi urgente magna necessitate eo-  
rum quibus seruiunt. ¶ Si sartor vel futor vesti-  
mentorum. quia promisit quod implere non po-  
test sine festi violacione. ut promissa seruaret la-  
borauit in nocte vel die festi vel alios fecit laborare  
quia peccauit promittendo tali intentione. et pl<sup>9</sup>  
peccauit seruando taliter promissa. ¶ Item si in  
mane festi totaliter se occupauit in induendo no-  
uas vestes. dimittendo missam. vel predicacionem  
propter hoc. ¶ Si molendinarius moluerit  
quia non debet. ¶ Si lanifex lauit lanam prope fe-  
stum ex cupiditate prouidens. ut in die festo illam  
extendat ad solem. quia non licet. ¶ Si extendit  
pannos in die festo in tiratorijs. quia non licet.  
¶ Si tinctores lane et panorum diebus festiuis ma-  
xime in tinctura granati laborauerunt. quod non licet

nisi timeret piculum magni damni in tali tinda  
ra. ¶ Item si tunc studuit inquit potuit audire  
missam a dei verbum ut debet. ¶ Item si tunc quantum  
potuit preiudicet ut festum celebraret et scificaret  
bonis opibus ut debet. ¶ Si mercator vel alius  
artifex in die vel nocte festi cum suis consocijs a  
laboribus aut agricolis fecit rationem: quia  
non licet. ¶ Si illis diebus numeravit animalia ab  
animalibus: et scripsit in quineno mercantie. ¶ Si  
notarius illis diebus fecit instrumenta aliquorum  
contractuum: quod non licet. nisi ex magna necessitate  
vel suadente pietate. et pace. et huiusmodi. ¶ Si scri  
ptor in festo scripsit pro precioso: quia non licet. nisi  
scolaribus tempore suos sermones aut lectiones anno  
tare et similia quae dummodo tamen sine pretio fiat. Non  
etiam licet hijs diebus nimis insistere proprie scriptu  
re. ¶ Si scolaris in festo. neglecta missa et alijs  
divinis actibus. disputationes suas ordinavit. aut  
execuit in mane solemnis diei: quod non licet. ¶ Si  
consiliarius se aggregat consilio in mane diei fe  
sti. omissa missa: quia non licet. nisi fieret ex mag  
nitudine. aut pietate. ¶ Si in die festo conduxit  
operarios. faciendo pactum cum eis: quia non licet. vel  
si distulit soluere salarii vel mercedis operarijs quod  
non debet servare solutionem usque ad diem festum. h  
abate vel post cum indiguerit prestare. Cum leuitici. 19.  
scriptum est. non morabitur opus mercenarii

tui apud te vsq; mane ¶ Si in die festo suos  
debitores requisit. vel debita exegit. quia non li  
cet. ¶ Si sciēter sibi parat occasionem laboran  
di in die festo: quia non licet. ¶ Si in die festo fe  
cit festa. coronas aut similes vanitates. quia nō  
licet. ¶ Si vacauit piscacōni. venacōni. aucupacō  
ni. aut alijs similibus. ¶ Si in ecclesia loquēdo  
alium strepitum faciēdo intrupit siue impediuit  
diuinum officium siue dei verbum. ¶ Si mulier in  
ecclesia velatum caput non habuit. quia tenetur  
¶ Si non orauit mente attēta. quia ad hoc cona  
ri debet. ut i festis ad minus mēs a terrenis sepa  
rata oracōnis tpe. libē deum oret. ¶ Si diuino of  
ficio dum potuit non interfuit. et si diuinū officiu  
deuote et attente non audiuit cum reuerētia. et ho  
nore. Si stando ad officium magis delectatus est  
voce cantancium vel organorum sono. q̄ verbis  
et meditacōibus sacris. ¶ Si diebus festiuis ve  
bum dei. vel diuina officia cum tedio audiuit et  
non libenter interfuit: quia modicam sibi pro  
fuit. Tenet enim quilibet cristianus missam i  
tegram audire attēto et deuoto corde. et cum euā  
gelium legitur: pedester stare et aduertere. et cū  
ibesu nomen nominatur: genua flectere. seu indi  
nare. ¶ Si vidua tamquam desperata ex  
morte sui viri per annum vel mensem sine missa  
i domo redusa permausit: q̄ mortaliter peccauit

¶ Si in die festo retinuit in domo filias nobiles  
aut filios vel etiam famulos seu famulas propter  
quacumque causam ne missas audierint. quod a mortali  
culpa excusari non valent. ¶ Si missam obmisit  
ex contemptu vel cupidine lucrandi vel itinerandi  
vel causa eundi ad solatia vel conuiuia vel ex negli-  
gentia. vel ex ignorantia crassa. quod mortali peccauit  
totiens quotiens dimisit ex simili causa. ¶ Si pbr  
scienter dimisit missam propriam pro pecunia. ex  
de ce. mis. c. 2. ¶ Si vero simplex est persona et  
ex simplicitate hoc fecit. excusari videtur. ¶ Si  
in die festo audiuit missam in aliena parrochia  
sine licentia sui pastoris. **D**imittentes autem  
missam propter infirmitatem vel ex tali occupatione  
quam euitare non possunt neque dimittere. ut serui-  
re infirmo. excubare in castris. et similia. que ex  
iusta causa procedunt excusantur. ¶ Puella etiam  
que a parentibus dimittitur videtur excusari non  
autem euitare ad coreas. vel vidue que manet clausa  
in domo de quibus. s. p. l. ab hoc iam dicto. m. 16.

¶ De quarto precepto scilicet. Deas in honore pntes

**Q**uod primo si pntibus non obediunt in licitis  
et honestis quantumcumque etiam paruus. quod  
mortale est. Secundo tamen si ex negligentia et  
in rebus non multum ponderis. ¶ Si non reuerenter  
se habuit in alloquendo et assurgendo. sed contendit  
et locutus est dure cum eis. vel prouocauit eos

ad iram. vel non supportauit eis. ¶ Si non imple  
uit legata facta ab eis. et precipue ad pias cau  
sas. sed multum distulit propter incommoditate  
cum tamen posset. quod mortale est. ¶ Si tempore  
senectutis. vel infirmitatis eorum. aut alijs ma  
gnis necessitatibus non prouidit eis cum potuisset  
quod mortale est. ¶ Si in tractandis eorum ne  
gocijs non fuit fidelis. ¶ Si dixit parentibus ver  
ba contumeliosa vel opprobriosa. quod est mor  
tale. ¶ Si blasphemauit eos viuos aut defunctos  
quod est mortale. ¶ Si verberauit eos etiam le  
uiter aut derisit. quod est similiter mortale et gra  
ue. ¶ Si propter auaritiam. aut libertatem vel in  
firmitatem eorum. aut senectutem. vel aliam quam  
cumque causam desiderauit eorum mortem. ¶ Si post mortem  
eorum non fuit memor animarum eorum. ¶ Si patri spiritali. scilicet pa  
stori. vel superiori suo. aut eum baptizanti. vel ad bap  
tizandum tenenti. vel eius confessionem audienti  
vel aliquod simile facienti. non exhibuit debitum  
honorem. vel si ei non obediuit in rebus spiritua  
libus. vel si aliquem ex eis blasphemauit aut de  
risit. aut de ipso murmurauit. ¶ Si patribus terna  
libus ut sunt domini et superiores seculares et eorum  
officialibus non obediuit in temporalibus rei publice  
¶ De gubernatione patrum quo ad filios et familiam  
¶ Si patres non prouiderit magnis necessitatibus videlicet  
et restitit filiorum et uxoris seu suorum cum possent. h



ex auaritia ⁊ cupiditate obmittunt: qđ mortale  
est. ¶ Si ppter auaritiam vel crudelitatem filios  
suos etiā illegitimōs misit ad hospitale. vel suos  
qui bene sibi seruiūt: qđ etiā mortale est. ¶ Si non  
adhibuit diligentiam ad hoc ut fierent boni et  
mādata dei ⁊ ecclie obseruarent. viz de cōfessione  
cōmunionē. ⁊ audicōne misse. de honestate vite  
⁊ huiusmōi. In quibz pntes maxime laboraē ⁊ i  
sistere debent. cū filij adhuc sunt in iuuenili etate  
et tenera. in qua flexibiles docibiles et corrigibi  
les sunt ⁊ hoc tam doctrina verborum q̄ exēplo  
operum ⁊ discipline correctione. Et si i hoc notabi  
lem cōmiserint negligentiam. nō curando vel ne  
gligendo talia: mortē peccant. Alias vero veni  
aliter. ¶ Si vxori verba contumeliosa dixit. scz  
vocando scortū. vel hmōi. vel verberādo aspe sine  
causa racōnabili. qđ mortale est. Potest tñ vir  
mulieri bene satis dure ⁊ aspere loqui. si viderit  
expedire. ¶ Si vxor contēdit cum viro illicite no  
lens obedire. ⁊ ex hoc prouocans eū ad blasphem  
mandum deum vel sanctos. vel ad aliud magnū  
incōueniens: mortale est. qz occasionē dedit ad  
huiusmōi. ¶ Si vir pmitit vxorē plurimas vai  
tates facere que prouocant ad lasciuā ut cōtus  
fatuos. aut tripudiatos cantus. facē. vel similia  
quod mortale videt. Si vero non fit multus excessus  
videtur veniale. ¶ Mater que mittit filias ad

coreas et alias vanitates. et non mittit vel ducit  
eas ad missam audiendam. vel confessionem facien-  
dam. aut communionem recipiendum et homini non videtur  
excusari posse a mortali. ¶ Si nimis dure vel ni-  
mis remisse se habuit in gubernatione familie in  
quo omnes quasi delinquant. etiam perfecti comu-  
niter venialiter di. 26. qualis.

¶ De quinto precepto. s. Non occides.

.1A.

**S** occidit extra ordinem iuris aliquem volun-  
tarie vel preter intentionem a casu. dā-  
do operam rei illicitę. ut in ludo nocivo. s.  
ad projectionem saxorum vel simile. seu etiam rei licite  
sed non adhibendo debitam diligentiam. ut precipiendo  
regulas de tecto incircumspecte quod mortale est  
et casus reservatus episcopis. ¶ Item si ex necessitate  
evitabili. et etiam inevitabili ad quam devenit ex cul-  
pa ut quod adulter deprehensus a viro adultere. ut eva-  
deret mortem. occidit ipsum virum adultere. ¶ Item semper  
interrogandum est de causa homicidii. ¶ Si iudex  
occidit. vel ad occidendum iudicat aliquem inno-  
centem secundum iura. vel nocentem. sed preter ordi-  
nem iuris. vel secundum processum ordinatum. sed non  
habens legitimum dominium. vel habens potestatem sed  
non ex iusticia immo ex vindicta vel avaritia  
vel crudelitate. quod mortale est et casus episco-  
palis excepto ultimo puncto mortis. ¶ Si mulier  
gravidam procuravit sibi abortum per medicinas. et

labores. vel alium modum. etiam si non sequatur effectus  
quod mortale est in ea. et in quocumque ad hoc consule  
te et cooperante. non tamen est casus episcopalis. ¶ Si ve  
ro sequatur effectus et puerperium erat formatum  
homicidium in ea est. et etiam in cooperante et consulete  
in hoc. et est episcopalis casus. et alicubi per constitucio  
nes synodales est excoicatio. ¶ Si mulier occidit  
filium suum sponte ad occultandum crimem suum: grauissi  
mum. et grauissimum si puer adhuc non sit baptisatus  
¶ Si pater filium. vel frater fratrem. vel vir uxorem  
propter adulterium. si uxor virum propter odium vel  
amorem alterius. vel si filius patrem aut matrem ex  
ira vel auaritia occiderit: quod grauissimum est et  
dignum magna pena. et casus Episcopo tamen reseruatus  
Et nota quod comiter episcopi solent mittere pro causa homi  
cidij illos qui ire possunt ad priuatos curie ad ter  
rorem aliorum. tamen si volunt: possunt absolue per se  
ipsos aut suos priuatos. ¶ Si mater vel nutrix  
suffocat filium quem tenet iuxta se in lecto in adu  
tenter opprimens eum: quod mortale est propter negli  
gentiam et casus Episcopo reseruatus. ¶ Si grauida  
mulier preter intentionem seu propositum abortum  
facit. si commisisset in hoc notabilem negligentiam.  
ut quia nimis saltauit. vel quia nimis inordinate  
laborauit. vel propter inordinate lasciuas: non  
esset absque mortali. Item in viro vel alio percussore  
eam. unde hoc sequatur. Secus si non est in culpa

**¶** Si quis mutilat membrum alicui⁹ vel āpūtat  
aut alias inuāle reddit. extra ordinem iuris. vel  
vulnerat. aut alias percussit aliquem ex iniuriāz  
mortaliter peccat. **¶** Idem si iniuste incarcerat vel te  
net per violentiam quēq̄. ne libere possit abire n̄  
hoc faceret ad punctum. impediendo malum ei⁹  
propositum quod in eo considerat. **¶** Si vero aliter  
fecerit. ⁊ in clericum. etiā solū primā tonsuram  
habentem. excommunicatus est **¶** Si quis alicuius mor  
tui corpus exhumauerit. ⁊ i frustra conciderit ad  
coquendum. ⁊ ossa a carnibus euellendum. ut ea  
ad ptes alias deferat sepelienda. etiā si mortu  
us ille ibidem elegisset sepulturā. excommunicatus est. et  
absolutio illius tantū pape ē seruata. ut in c̄xua.  
Bonifa. viij. **¶** Si quis verbo. s. mandando. per  
suadendo. ratificando. incitando. coopatur ad ali  
quod predictorum in mortem vel aliquā lesionē cor  
poralem. mortaliter peccat. etiā si nō sequatur ef  
fectus. **¶** Si vero sequitur effectus. grauius peccat  
**¶** Et si percussus vel incarceratus ⁊ hmōi. esset cleri  
cus vel religiosus. in quolibet p̄dictorum casuum  
percutiens vel inducens esset excommunicatus. nisi  
esset prelatus qui hoc faceret ad corrigendum.  
**¶** Et vbi in predictis scilicet mandato vel consilio  
cooperatione. vel facto esset enormis iniuria de  
rico facta. non posset perpetrans absolui c̄tra se  
dem aplicam vel legatum eius aut sūmū priariū

Secus si non esset enormis. de hmōi habes diffu  
se in .2. parte **Sūme. t. 1. c. 1.** ¶ Si quis interfici fe  
cit vel mandavit aliquē xpianū p assessinos. etiā  
si nō sequitur effectus: est exccatus. ⁊ deposit⁹ ab  
omni gradu ordine ⁊ dignitate seculari ⁊ eccliaſti  
ca. ⁊ similiter receptor vel defensor hmōi assessio  
rum. ex de homicidijs ne p huām li. vi. Dicunt autē  
assessini hēti. qd etiā vide in .2. pte sūme t. 1.  
¶ Si quis desiderat mortē alterius deliberata rōe  
in malū ei⁹. siue ex odio vel inuidia vel auaritia  
vel ut habeat bona ei⁹. vel ex luxuria ut aliā acci  
piat. vel ex supbia ut succedat in placōez. vel ex  
accidia. ne habeat laborē gubnandi eū. vel ut ma  
gis sit liber. ne habeat corripientē. In quolibz ho  
rū omittitur mōle pccm. Secus autē si hoc deside  
rat ne ille amplius dū offendēt. vel ne peior effi  
ceretur. aut ne bonis viris ā ecclie dei nocēt. sicut  
tirāni. ¶ Sed ⁊ si q̄s ex impatientia et ira seipfū  
iniuriōse pcutit: peccat mortaliter. Et si ē cleric⁹  
est exccatus. Secus si ex zelo deuotionis. vel ad  
reprimendas tēptacōnes. non tñ ex hoc licz ab  
scādere membrū aliqd. quia hoc faciēdo peccaret  
mortaliter. et esset irregularis. Et si clericus. est  
exccommunicatus ē. ¶ Si occidisset vel vulnerasset i  
loco sacro. esset sacrilegiū et ecclia violata. ¶ Si  
per violentiam. etiā si eēt officialis. malefactōēs  
vel debitores eduxit de loco sacro. vel fecit capere

absq; speciali mandato superiorū. peccauit mortalit̄

¶ Si fecit torneamentum vel fieri fecit. vel aliud spectaculum. vbi sit piculū vite. peccauit mortalit̄

¶ Si testificatus est iniuste vel false cōtra aliquē qd̄ est mortale.

¶ Si libera cōem alic⁹ cōdepnna t̄ impediuit. vel de morte euadentem. cepit ⁊ redūxit.

¶ Si neglexit a morte aliquem liberaē cū posset.

¶ Si iadū lapidis vel baliste ⁊ huiusmōi consuluīt vel fecit. ex quo mors secuta est.

¶ Si fuasit alicui ciuitatem aut castra capere. aut alit̄ guerram facere. ⁊ inde mors secuta est.

¶ Si venenum mulieri pregnāti vel alteri dedit. vel si viro vel mulieri ob amorem aliquid ad manducandū dedit ex quo mors secuta est.

¶ Si tempore famis proximos suos occidit. eis victualia denegando ⁊ occultando. cū habet supflua. vel alio tpe positos in nēcitate extrema

¶ Si desinuit p̄ciū pauperum psonarum. videndo eas positas in extremo

¶ Si seduxit aliquem ad p̄c̄m mortale faciendū per se vel per alium pro se vel pro aliō.

¶ Si malo exemplo aīas occidit verbis sc; gestib; et vanitatibus et huiusmodi. *¶*

*¶ De sexto precepto scilicet Non mechaberis /*

**S**Cias primo q̄ Lururia que committit̄ extra m̄mōm̄um semp̄ facit mortalit̄ peccatum. in omnibus sp̄eb; suis. que hic oēs ponuntur. ⁊ ergo distincte oportet confiteri

et interrogari. si ex se confitens non dicit. **N**ullo modo tñ de oibus hñs est interrogandū. ne quis discat pccm quod p̄us nesciuit. Sed prout conuenit p̄sonis que confitentur. **E**t cum h̄etur aliq̄ sp̄s specialiter tñ vltimaz nō est s̄p̄ vltra descēdendum ad omēs c̄rcūstantias p̄ticulares non nec̄arias. **E**t ideo caute et honesto mō interrogā dum est de hmōi pccō. ¶ **P**rimo igit si cognouit solutus solutam: qđ fornicacō dicit̄. et interrogandū est. si fuit mētrix. vel serua sua vel vidua et si eam ad hoc induxit. ¶ **S**i tenuit cōcubīnam et quāto tpe: quia vltra fornicacōem est ibi scandalū primorum. quia publicā facit fornicacōem. ¶ **S**i virginem defloāuit ex m̄rimoniū. quod dicit̄ stuprum: et si seduxit eam. p̄mittēdo eā velle ducere in vxorem. cogendus est in foro conscie. vel ducere eam. vel dotāe si p̄t. **I**nuriatus est etiā p̄ntibus illius in hoc. si nesciuerunt. ¶ **S**i cognouit vxorem alterius. vel ipse vxoratus cognouit solutam: quod adulterium dicit̄ et ē duplex adulterium si vsq; sit i m̄rimonio legitimo constitut⁹. ¶ **S**i intulit violentiam alicui. qđ dicitur rapt⁹ et si etiā cōn volūtate parentū suorū hoc facit ḡuius peccat. si fuerit talis rapta nupta. vel virgo vel monialis. adhuc ḡuius. ¶ **S**i cognouit cōsanguineam suā. vel vxoris sue vsq; ad quātū gradum cōsanguinitatis vel affinitatis indusue

quod dicitur incestus. **I**dem de muliere. q̄ simili mō  
pmitit se cognosci a consaguineo viro sui. **I**dem  
**S**i pater cognouit filiā adoptiuā. aut filiā adop  
tue filie. aut vxorem vel filiā filij adoptiui. **A**ut  
etiā si filius adoptiuus cognouit filiā naturalē  
aut vxorem adoptantis. que omnia faciūt incestū  
**S**i cognouit filiam suā scienter. quia tūc vl  
tra incestum quē commisit. non potest amplius a  
mīe debitum petere. **S**i cognouit monacham. vel  
hūtem professionem castitatis. scelus opatus ē  
a dicitur sacrilegiū. **I**dem si mulier cum clerico i sa  
cris ordinibus cōstituto. vel religioso. p̄lato ordi  
nato a hūmōi. **S**i cognouit om̄nem. vel quā tenu  
it ad baptismū. s. filiam suam spūalem. et dicitur ince  
stus. vel sacrilegiū. **I**dem de muliere cū cōp̄e. vel  
filio spūali a hūmōi. **S**i susceptus cognouit  
filiam suscipientis. vel vxorem eiusdem. etiā ince  
stum commisit. **S**imiliter fit de cōfirmacione. **S**i  
p̄ semetipsum vigilans voluntarie se polluit. vel  
manibus proprijs. vel alijs modis. quod dicitur mol  
licies. **S**i masculus operatus est turpitudinem  
cū masculo. vel femina cū feia. vel vir cū muliere  
extra vas debitū qd̄ dicitur Sodomiticū a ē gūissi  
mū oīm. **S**i cū brutis opat̄ ē nephas. a cū qb̄  
qd̄ dicitur bestialitas. **S**i dieb; festiuis aliquod  
horū opatus est. quia magis ḡue. **E**t s̄m aliquos  
huiusmōi circumstācias necē ē cōfiteri. q̄ mutāt

flagit  
mad  
filiosm



speciem peccati. q̄ si in ecclia vel loco sacro aliq̄  
horum comisit: vltra hoc quod fecit. operatus e  
etia sacrilegiu. ⁊ ob hoc ḡui⁹ peccm. ¶ De peccatis  
que comitantur in coniugio ⁊ actib; inhonestis  
vel tactib; ⁊ osculis aut verbis ⁊ huiusmōi dicit  
infra c. de Lururia. *una* 191

¶ De vii. precepto viz. Non furtum facies.

**Q**uod primo de vsurpatione rei aliene que  
in hoc prohibetur precepto. Nota q̄ in  
omnib; infrascriptis sp̄ibus est peccm  
mortale. et tenetur ad restitutionem ei a quo est  
recepta res. q̄ si ille non inuenitur vel ignoratur  
paupibus erogetur. Et nota q̄ nō solum q̄ acci  
pit. sed heredes etia eius tenetur. si tñ ad eos de  
bonis illis puentum sit. ¶ Si abstulit re alienaz  
occulte inuito dño: non solum ab extraneo: sed  
etiam filius a pntib; vroz a viro. seruus a dño  
discipulus a mgro. socius a socio. consanguine⁹  
a cōsanguineo. quia semp furtum est. Et si fuerit  
notabile aliq̄d damnū mōle est. ⁊ tenetur ad re  
stitutionem. Secus si quid minimū. ut fructus et  
huiusmōi. ¶ Si furatus est oues. agnos. oua ā  
pulos. aut columbas. aut fructus agrorū. ¶ Si  
arando. vel alias culcānando furatus est alienam  
terram: quia tenet ad restitutionem totius damni  
¶ Si furantē dedit consiliū. aut modū furādi. aut  
aliquod auxiliū: q̄ tenetur insolidū. si pbabilē

creditur ex suo consilio homini damnum fuisse se-  
cutū. ¶ Si vidit fieri furtum. et dolose zelauit:  
quia tenetur ad restituconem. si ex officio habe-  
bat impedire. ¶ Si interrogatus de furto ei  
noto. tacuit: quia tenetur manifestare. ¶ Si sc̄  
enter enit rem suatam. q̄ tenetur restituē. ¶ Si  
comedit. aut bibit. aut induit de rebus furatis:  
quia tenetur de omnibus que sic consumpsit. nisi  
egerit causam spoliatorum. monendo. et indūcēdo  
furem. et raptorē ad debitam restituconem. ¶ Si  
vixit p̄ annum vixit de rebus. quas vir eius fura-  
tus est: quia potius deberet. viuere de elemosinis  
¶ Si furatus est aliquid vsurario. vel alteri. ut  
inde faciat elemosinam. pro aia illius: quia non  
sunt faciēda mala. ut veniant bona. ¶ De frau-  
ducentia  
¶ Rem sibi mutuam retinuit frau-  
dulenter. vel aliter rem alteri ad man⁹ suas ven-  
entem non restituit. nisi ille de suo habet tantūde  
certitudinaliter. quod non vellet restituere. ¶ Si  
inuenta. que non habentur p̄ derelicto. non resti-  
tuit. sed ad sibi retinendum accepit. Sed inquisi-  
cione facta. si non reperitur. debet paup̄ibus daē  
alias peccaret mortaliter. nisi ipsi indigēti hoc  
daretur. ¶ De thesauris inuentis multum sta-  
tur consuetudini. ¶ Si re pignerata vsus est  
ad vsuū consumentem. ad sui vtilitatem. contra  
volūtatē dñi illius rei: quia tenetur de consūptis

**I**dem si sua culpa alias quouismodo pignus dete-  
rioratum est. ¶ Si re comodata vsus est ad aliu  
vsu q̄ fuit comodata: vel si re deposita sine licē-  
tia deponentis vsus est: nisi p̄sumat dñm rei esse  
contentum. q̄ tenetur de deterioracōne illius rei  
¶ Si religiosus de rebus monasterij siue licētia  
superioris habita vel presumpta aliquid accepit  
¶ Idem si aliqd̄ recepit vel retinet occulte p̄ se. qd̄  
mortale est a p̄prietariū. ¶ Si prelatus expendit  
in turpes vsus bona ecclie deputata ipsius repa-  
cōm. vel paupibus. vel bona monasterij ¶ Si rece-  
pit a religiosis aliquid sine causa racōnabili. scz  
pro turpitudine vel ludi acquisitione. vel causa  
amicicie a p̄ntele sine aliqua indigētia: q̄ tenet  
ad restitutionem. ¶ De fraudulētia etiā nota q̄  
fit in substātia rei. vendēdo vnā rē p̄ alia. v; si vi-  
nū limphatum p̄ puro vendidit. vel carnes pe-  
cudinas pro castratis. aut cerā a alia aromata  
non pura s; mixta alijs rebus. a hmōi. vel in q̄li-  
tate: ut rem prauā p̄ bona. ut p̄nū. ferrū. coreū  
aromata. animalia. fructus a hmōi defediosa a  
si ea vendit pro bonis. vel in quantitate dando  
mensuras diminutas et pondera. ut. ri. vntias  
p̄ libra a hmōi. In hīs si notabilē dāpnificat  
p̄imum: peccat mōr liter et tenetur ad restitucō-  
nem. si parum nec plus intēdes. venialiter a pau-  
pibus croget. ¶ Si vendidit rem aliquā multo

maiori pretio q̄ valeat sc̄dm̄ comunē estimacio  
nem illius temporis aduertēter. peccat mōrlit̄. et  
tenetur ad restitucōnem si prim⁹ notabiliter le  
ditur. **S**ecus si parū. **I**dem si emat mōri pretio q̄  
valeat. ⁊ hoc si veniat ex ignorātia vel impericia  
venditoris. ¶ **S**i fraudauit iustas gabellas  
⁊ pedagia. quia tenetur cōitati restituere. etiam si  
multum vel parum fraudauit. **S**i etiam multū de  
fraudauit mortaliter peccauit. ¶ **S**i emendo aut  
vendendo causa fraudis mentitus est. q̄ quotiēs  
hoc facit sciēter. tōciens peccat mōrliter. ⁊ tenet̄  
ad restitucōnem. ¶ **S**i ouenit cum mercatoribus  
vt ipse solus venderet pre omnibz. q̄ illicitū pactū  
est. ¶ **S**i in ciuitate impetrauit. ut ipsi soli ven  
dere liceat. quia sc̄dm̄ leges. debet omni bono suo  
